Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26922
Copyright: Admont, Benediktinerstift

13

Magne scientie et prudentie ac
discretionis viro domi-
no suo speciali magistro Vlr. scolasti-
co Wiennensi. Engelbertus licet inmeri-
tus abbas monasterii Admontensis or-
dinis sancti Benedicti Salzburgensis dyocesis.
quicquid adhuc est optabile ad
salutem hominis utriusque. Ex
iam petitis. Ad hunc usque mutue
amicitie beneficiis et meritis
ad invicem exhibitis et preceptis
nichil dignius aut utilius
iudicari ea que totum meum stu-
dium et profectum qualemcumque ab ipso
iuventutis mee primordio
sub parva ex ordine determinare
ac fidelissima enarrare. pre-
cipue ex eo quod plurimi admirentur
de meis opusculis et tractatibus
quos aliquos edidi. et non nul-
los vobis ut amico communicandos et
transmittendos quociens dig-
num duxi ut amico et viro lit-
terato et in philosophie ac theologie
studiis experto commendabiliter
comprobato. Scire itaque amicitiam
vestram volo. quod non veluti no-
vus aut recens in studia
artium et theologice surrexi et
parvulum me erexi. Sed anno
domini M° CC. tribus annis an-

celebrationem generalis concilii
Lugdunensis sub Gregorio papa de-
cimo transtuleram me ad stu-
dium versus Pragam ubi per
illud tempus sub magistro Octono.
et magistro Bohemulo in castro
Pragensi legentibus grama-
ticam et logicam studui et pro-
feci in tantum quod inter socios non
fui minimus reputatus. et
ibidem tunc etiam primo audivi
libros naturales a magistro Gregorio
tunc canonico et scolastico Pra-
gensi. postmodum episcopo facto ibidem.
Et cum celebrato concilio predicto
rumor publicus venisset Pra-
gam de rege Rudolfo electo et
per apostolicum confirmato. statim
oportebat nos omnes scola-
res de Austria et Stiria Prage
studentes de Praga recedere et exire.
Unde ego tunc etiam reversus in
Admundam transtuli me et
Paduam. ubi magnum vigebat
studium generale doctoribus
et scolaribus de Bononia illuc trans-
latis propter discordiam quam Bo-
nonienses maximam cum Forli-
viensibus tunc gerebant. Ita quod propter
Gregorii statuta sui concilii Lugdu-
nensis non Bononiensibus sicut